frequenter ascendit et descendit de
montibus · sic frequenter anime recedas per
subtractionem dulcedinis presentie tue
ut possim intendere utilitati proximorum
et frequenter redeas: ut presentie tue
dulcedine reficiar · ne deficiam
per continuationem laborum · secundum quod promisit
Jo · xiiii · vado et venio ad vos. Item
xvi · modicum iam et non videbitis etc.
et li super montes aromatum · i · sicut
capra et hynnulus super montes
in quibus est habundantia herbarum bonarum
ita tu super mentes fidelium qui dicuntur
esse montes propter vite eminentiam · ipsi
montes exultaverunt a conspectu domini
etc. ysa · xlix · Jubilate montes
laudem · Secundum montes aromatum · per
bone fame fragrantiam · gen
xxvii · ecce odor filii mei · sicut
odor agri pleni · etc. Item ii · cor
ii · xpi bonus odor sumus · ca · ii · rever
tere dilecte mi · similis esto capree
hynnuloque cervorum etc.
Explicit.

Iste liber est de libris fratris henrici Schirarii

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK FREIBURG I. BR.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs115/0164
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg